



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 101. De fide & reformatione agendi methodus a Montano proposita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI
A.C. 1547
deret, hinc unanimis omnium erat opinio, quod præprimis *de Sacramentis in genere*, postea vero de quolibet speciatim agendum esset.

§. CI.

De fide, & Reformatione agendi methodus a Montano proposita.

Pall. l. c. n. 8. & 9. Biduo post die decima septima Januarii Patribus in unum congregatis Legatus exposuit, quod abusus in Sacramentorum administratione occurrentes simul discuti possent, ut hac ratione ipsa etiam emendatio dogmati jungeretur. His addidit, ex Præsulibus, ac Juris Pontificii Doctoribus Congregationes esse formandas, in quibus in hasce corruptelas inquiri, remedia iisdem opponi, indeque decretum confici poterit: cum vero contingere posset, ut in eadem die simul de fide, ac de emendatione ejusmodi Congregationes haberentur, hinc decretum, ut conventui de dogmatibus instituto Cardinalis S. Crucis, illi autem, in quo de reformatione ageretur, Montanus præesset, atque horum Præsidum alter indicem describeret errorum, quos novi hæretici circa Sacramenta divulgaverunt: alter vero catalogum conficeret obstaculorum, quæ adhuc, quo minus Episcopi in

in suis Ecclesiis residerent, amovenda ^{Sæc. XVI.}
 supererant. Hac agendi ratione Patres A.C. 1547.
 mira voluptate afficiebantur, gauden-
 tes, quod decretum *de Residentia* non-
 dum fuerit suscepti laboris meta, sed
 rursus ad examen sit revocandum; plu-
 rima enim adhuc, quæ hac super re
 proferrent, Patribus reliqua erant.

§. CII.

*Examen Articulorum de Sacramen-
 tis in genere propositum.*

Eadem die in Congregatione generali ^{Paul Sarpi}
 quidam exhibebantur articuli, qui ^{ex l. 2. p. 215.}
 Lutheri, aliorumque hæreticorum libris
 circa sacramenta fuere eo ex fine decerpti,
 ut Patres in privatis conventibus ejusmo-
 di propositiones examinare, ac declara-
 re possent, num omnes hi articuli sint hæ-
 retici, vel erronei, ut proin quæstio-
 nes a proposito alienæ omitti valerent.
 Hæ propositiones numero quatuordecim
 nonnisi Sacramenta in genere respicie-
 bant: Sunt autem sequentes *I. Sacra-
 menta Ecclesiæ non sunt septem, sed quæ
 vere, & proprie sic dicuntur, sunt pau-
 ciora.*

*II. Sacramenta non sunt necessaria, &
 sine eis, aut eorum voto, possunt homines
 per solam fidem gratiam adipisci.*